

LXXI.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO ^(a).

[B, c. 33; P, c. 28].

Padova,
26 marzo 1396.Esprime il suo
rammarico di non
aver potuto inviar-
gli le viti richieste.Avea deliberato
di mandarle per via
di terra spedita-
mente,ma l'uomo a cui
s'affidava lo ha in-
gannato, scusando
la propria negli-
genza con un rac-
conto di cui non
viene a capo.

FACILE eventurum erat ut ego, si tantam sollicitudinem in man-
dato tuo suscepissem quantam molestiam indui quod ex eo 5
aut non potueram aut ita michi persuaseram, omnem iam quod
vellem effectum reddidissem. in quavis enim re alia, ut est apud
Terentium, « facilius passus essem me deludier » ⁽¹⁾. sed cum ego
impleri per me posse desperarem ac propterea alii commissem ^(b),
qui se sponte ^(c) obtulerat, factum est ut, preterita iam huius ne- 10
gotii tempestate, et tu voto tuo careas et ego spe mea delusus sim.
in qua re etsi egerime tulerim quod voluntati tue non est satis-
factum, nonnichil tamen molestie hinc accessit quod seu fallendi
voluptate, que quibusdam ingenita est, sive, quod magis reor, negli-
gentia, que solet plurima alienis rebus adhiberi, delusus videor 15
michi. cum enim superiores litteras suscepissem, quibus dimitti
ad me nuntium tuum iubebam ^(d), priusquam eas darem, oblata est
michi spes sine ullo labore tuo aut impensa fieri hoc posse. quam-
obrem, omisso consilio, quo per venale iter transmitti tibi vites
volebas, ita constitui ut adhiberetur vector, qui cum iumento sar- 20
mentis onusto recta per terram via in domum tuam inferret, idque,
ut propere, ita et diligenter fieret, ne aut tu diu penderes aut vites
diuturnitate arescerent. hanc autem curam cuidam mandavi, qui
rus, unde tolli oportebat, iturus erat, cuiusque subtili ^(e) opera usus
alias eram. cumque enim suspicor integre desiderio tuo satisfactum 25
iamque dudum vites ad te delatas, is rediit rure et longam nescio
quam fabulam texuit. cui posthac ne cum ^(f) pignore quidem ^(g)
crediturus sum; tam nova commenta tamque inextricabiles ambages

(a) B P. P. V. Oldovrandino de Ferrara P Eiusdem ad eundem [sc. Aldovrandinum].

(b) P omissem (c) P sponte se (d) B videbam (e) PM c. 97 v in marg.: « An-
tiquus codex habet subli, alius vero qilli: utili sensus requirit ». Ma la parola in P
pare piuttosto falli L'emendamento subtili è del Sabbadini. (f) B post hac n. cum
(g) P om. quidem(1) TERENT. *Andria*, I, II, 32.